

Magistra: ALEXANDRA RAMOS

PRIMA SCHOLA : 14/02/2012

Ante diem septimum decimum Kalendās Martiās

INVOCĀTIŌ GENĪ LATĪNĪ

Ō uenī, formōse genī Latīne,
personā mentēs agitāque corda,
Vergilī Flaccīque, Ouidī patrōne,
blande magister!¹

➤ ANNOTĀTIŌNĒS:

Formōsus, -a, -um = pulcher, bellus

Genius, -iī (m.) = “genium dicēbant antīquī nātūrālem deum ūniuscujusque locī uel reī aut hominis”,
Serv. Verg. G. 1, 302

Persono, -āre (per + sonāre) = altā uōce canere, aliquid sonū complēre

Patrōnus, -ī (m.) = dēfensor, tūtor, genius

Blandus, -a, -um = benignus, cōmis, amābilis

➤ GRAMMATICĀ:

- Nōminātīuus/Vocātīuus (2^a dēcl.): patrōnus/patrōne - genius/genī - magister/magister
- Prōnōmina personālia. egō, tū, (is,ea,id)... / nōs, uōs, (eī, eae, ea)
- Prōnōmina interrogātīua: quis/quī, quae, quid/quod > Quod nōmen tibi est?
- Datīuus possessīuus: mihī nōmen est ... = egō uocor ... / mihī liber est = egō librum habeō
- Imperātīuus: saluē/saluēte - uālē/uālēte – uenī/uenīte – personā/personāte
- Verbum temporāle (praesens): sum (possum, adsum, absum, dēsum, intersum,...)

➤ MĒTRICA ARS

Sapphica strophā minor : Ter uersus Sapphicus minor (11 syll.), sequēns uersus Adōnius (5 syll.):

- u / - - / - u u - / u - x [ter]
- u u / - x

*Propositum Didascalicum PI2-12-014 [UCA 2011-12]

¹ Hac appellatione genii Latini Anna Elissa Radke, magistra Marpurgensis, incipit docere linguam Latinam. Etsi quaestio non persoluta est, utrum scilicet genius linguae Latinae adhuc existat et uiuat an mortuus sit, genium quidem linguae Latinae appellare consuevit, ut is appellatione et inuocatione ipsa reuiuisceret. Cf. A. E. Radke, *Ars Paedagogica*, Würzburg, 1998, p. 186; “De arte noua linguam Latinam docendi”, in J. Blänsdorf (ed.), *Loquela uivida: donum natalicium Nicolao Sallmann sexagesimum quintum annum agenti; a fautoribus linguae Latinae uivae oblatum*, Würzburg, 1999, pp. 274-287 (praesertim p. 274).